

Non 1—non sincero 0—de parte 59.

Super nono capitulo, per quod petunt quod pars alias capta in isto consilio de equis L mittendis Cretam de partibus Appulie executioni mandetur; consulunt concorditer sapientes quod dicta pars sicut capta fuit executioni mandetur. 60

Capta. Super decimo capitulo per quod petunt quod quedam domus quorundam pauperum de Kissamo et Bicorna que tempore guerre de uoluntate dominationis ibidem fuerunt prostrate pro securitate locorum illorum satisfieri debeant pauperibus quorum erant; consulunt concorditer sapientes quod per ducham et consiliarios Crete et rectorem Canee uideatur de domibus in dictis locis hedificatis cum uoluntate dominationis et de eis si prostrate fuerunt per predictos prouideatur sicut eis uidebitur consideratis prius condicionibus cum quibus date fuissent domus antedictae. De alijs uero, que fuissent hedificate sine licentia dominationis nichil (?) se impedian. Et committatur duce et consiliarijs Crete et rectoribus Canee et Rethimi quod taliter ordinetur quod de cetero hedificentur domus in aliquo locorum huiusmodi absque licentia dominationis. 65 70

### **2° Ambaxata feudatorum Rethimi.**

Capta. Super secundo capitulo uniuersitatis feudatorum Rethimi per quod petunt quod sicut per nos est firmatum a paruo tempore citra, quod de dictis feudatis fieri debet continue uel castellanus Milepotoni uel iudex in Siuritis, ita semper fiant de ipsis feudatis et castellanus Milepotemi et iudex Siuritorum, consulunt concorditer sapientes quod nulla fiat nouitas superinde, cum satis eis sufficiat id quod habent. 75

Non 2—non sinsere 1—de parte 57.

Capta. Super tercio capitulo, per quod petunt quod tres seruientarie quatuor rebellium qui mortui fuerunt per ipsos de Rethimo deueniant in ipsos feudatos de Rethimo secundum banna facta per nostrum ducham et consiliarios Crete; consulunt concorditer sapientes quod committatur duce et consiliarijs Crete et rectori Rethimi, quod uideant, ordinent et distribuunt dictas seruientarias inter illos qui interfecerunt neci dictorum rebellium sicut eis uel maiori parti eorum uidebitur. 80 85

Omnes de parte.

47

Περὶ ἀκυρώσεως ἀγοραπωλησίας γενομένης εἰς βάρος τοῦ Δονάτου Ντὲ Γρίπια ἐκ Ρεθύμνου, λόγῳ ὑπερμέτρου ζημίας τοῦ ιδιοκτήτου. 1334, Ἰουλίου 27.

Fo 76r

Nº 586. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XXVII Julij.

1

Capta. Cum Donatus de Grippia de Rethimo exposuerit quod sue posses-



siones posite in Rethimo uendite fuerunt ceteris creditoribus suis ad terminum annorum XVII pro yperperis LXXV in anno ex computandis de creditis eorum de mandato nostrorum rectorum que redebant et rediderunt annuatim yperpera VI centum LXXXII et propterea supplicauerit dictam uendicionem ut pote iniustam resindi debere et per scripturas missas de mandato dominationis de Rethimo. Super dicto facto clare constet quod uendite fuerunt in Candida nouem seruentarie dicti denari de mandato ser Nicolai Zane tunc duche Cretensi existente rectore Rethimi contra ser Johannem Dandulo de quibus solum quatuor seruentarie fuerunt stridate licet cum stridacio secundum consuetudine deinde necessaria foret. Et quod introitus dictarum nouem seruentariarum uenditi fuerunt, creditoribus predictis per totum dictum tempus annorum XVII pro yperperis MCCLXXXXI et prouentus ipsarum ualuit annuatim yperpera DCLXXXIII grossa II non tamen deducendo expensas uarnitionum ipsarum nouem seruentariarum que sunt annuation yperpera LXXXX uel circa, sicut habetur per examinationem scripturarum ipsarum ponende centum mensurarum frumenti yperpera XV; et centum mensurarum ordeï yperpera VII et centum mistatorum uini yperpera VIII. Et ponendo reliquos redditus seruentariarum ipsarum, sicut sunt redditus uillanorum, datia caneschi, angarie seminacionum et messionum, affictus domorum et introitus arborum et pascuorum sicut semper predicta reddiderunt et reddunt ad presens. Ex quibus omnibus clare patet quod dictum factum non iusto modo processit et uidetur esse inauditum et quasi abhominabile et crudele dare tot redditus pro tam parua quantitate nec debet uel potest credi quod aliter processerit dictum factum, nisi quod in hoc rectores nostri fuerunt decepti. Et quamquam factum ipsum pro nostro honore reformationem requirat, nisi aliud in contrarium opponatur, quod non apparet ex scriptis missis ex Rethimo supra dictis, tamen quia non est iustum quod procedatur in aliquo tali casu nisi presentibus partibus uel legibus saltim citatis pro comodo ambarum partium et ut iustius dictum negocium terminetur, quod ubi celebrata fuit dicta uenditio haberi deberet omnis informatio opportuna; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete quod presentibus partibus uel legibus citatis examinent dictum factum et super ipso diffiniant, sententient, terminent faciant et disponant sicut eis uel maiori parti eorum uidebitur esse iustum, non obstante aliqua scriptura uel uenditione facta super dicto facto, quibus ad eorum informacionem mittantur scripture que sunt in curia misse de Rethimo et examinacio facta ex dictis scripturis super dicto facto et scribatur dictis duche et consiliarijs quod occasione debiti uel debitorum ad que dictus Donatus usque ad tempus dicte uenditionis facte foret astrictus sit realiter et personaliter affidatus, que affidatio duret quantum

dictis duche et consiliarijs iustum et conueniens apparebit. Et quia iustum est 40  
quod subditi nostri quod nos seruamus obseruent et potissime in casibus odiosis  
scribatur dictis duche et consiliarijs, quod hic aliquē pene ante fugam non sen-  
tentiate a fugitiuis non exiguntur post factum non si fint ante fugam commisse.  
Et committatur eis quod de penis dictorum debitorum ad quas idem donatus foret  
per cartam uel aliter obligatus que sententiate non essent ante fugam possint dispo- 45  
nere et facere et ordinare sicut eis pro honore nostro humanius et iustius apparebit.  
51—non 5—non sincere 20. 47

48

Περὶ τιμαρίου, τὸ ὁποῖον μετεγράφη ὡς ἐλεύθερον καὶ ἀντηλλάγη ὡς τοιοῦτον διὰ κτήματος ἐλευ-  
θέρου. Ἀποδειχθέντος τοῦ τιμαριωτικοῦ βάρους τοῦ κτήματος ἐθεωρήθη μὲν νόμιμος ἡ ἀνταλ-  
λαγή ὑπὸ τὸν ὅρον ὅμως τὸ ἀνταλλάγην ἐλεύθερον κτῆμα νὰ ἐπιβαρυνθῇ διὰ τοῦ τιμαριωτικοῦ  
βάρους. 1334, Αὐγούστου 1.

F<sup>o</sup> 76<sup>to</sup> N<sup>o</sup> 590. Millesimo trecentesimo XXXIII, die primo Augusti. 1

Capta. Cum uir nobilis Johannes Gradonico exposuerit et suplicauerit nomine  
Nicolai Gradonico de Candida sui nepotis, quod cum Michael Gradonico et frater  
ipsius Nicolai uendiderint unam suam possessionem de ciuitate cuidam Jacobo  
Uido pertinente uni sue seruentarie de le Azupade quam tenebat facere scribi 5  
liberam et francham ad certum tempus et sub certa pena, defuncto uero ipso  
Michaele, ipsa seruentaria uenit ipsi Nicolai in parte, et propterea comparuerit  
coram dominacione de Creta pro faciendo ipsam possessionem scribi liberam et  
francam prefato Jacobo Uido secundum promissionem et obligacionem prefatam  
offerrens se daturum aliam possessionem ciuitatis liberam eiusdem ualoris in dicta 10  
seruentaria et non fuerit uisum duche et consiliarijs Crete, id per ipsos posse  
fieri obstantibus suis commissionibus dicentibus quod terra nec deinde que per-  
tineant feudo non possint francari, licet responderent quod talis non est francacio  
set permutacio etc. dignaremus considerata obligacio fratris sui et quod non fit  
diminucione feudi concedere, quod ipsa possessio possit dari et scribi libera Ja- 15  
cobo prelibato, dante eodem Jacobo et scribi facere in dicta seruentaria aliam  
possessionem ciuitatis liberam et bonam, ita quod seruentaria erit aliter inte-  
graliter adimpleta; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs Crete, quod  
superinde possint facere ut iustum sibi uidebitur, meliorando tamen pheudum  
prelibatum. Et est commissum uel captum etc. 20

49

Ἡ ζάχαρις ἡ ἐν Κρήτῃ παραγομένη μεταφέρεται ἐν Βενετίᾳ διὰ τῶν ἀφωπλισμένων πλοίων, τὰ ὁποῖα  
διετάχθησαν νὰ ἐπανέλθωσιν εἰς Βενετίαν κατὰ Μάρτιον, ὁ ναῦλος ὀρίζεται 5%. 1334, Αὐγούστου 13.

